



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Joseph spo[n]so dsie nostre. Cap[itulum]. ccix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse martij occurrētibus Folio. lxxviij

monachorum presuit: multisq; clarus virtutibus post vitā laudabilem in pace quieuit: xliij. kalendas aprilis ibiq; sepultus iacet.

De sancto Calocero martyre Ep. ccvii.



Calocerus martyr de cuius triumpho in passione Faustini et Iovite ex parte dicrum est supra. xv. kalendas martij: vltis miraculorū insignis que deus in tormentis predictorum sanctorum exhibebat: ad Christum conuersus est: et cum eiusdem martyribus plurimis supplicij cruciatus: tandem ab alexandro augusto mediolani existente: traditus est sapritio prefecto puniendus: qui ad alpes cortas ab imperatore mittebatur. Quem sapritius ante se premisit sub custodia: in ciuitate asten. carceri mancipandum: vbi dum sapritius cum secundo milite aduenisset: et secundum calocerus sepius in carcere visitasset: ab eodem christi fide doctus est: et missus mediolanum a sanctis Faustino et Iovita baptizatus. Qui baptizatus erdonam dicit: et martianū episcopum in carcere visitauit: ipsumq; a sapritio martyrizatum sepeluit: propter quod plurimis afflictus tormentis a sapritio in carcerem missus fuit: vt in eius passione dicit. iij. kalen. aprilis. Cū autē sapritius ad carcerē mittens secundū non inuenisset: et ad ciuitatē asten. redisset: vt vel calocerū morti faceret: repperit secundū in eodē carcere cū calocero existentē. Et secundū quidē in custodia reseruati fuisse. Calocerū vero albiganū mitti: et ibidem capite cedi. Cuius corpus a fidelibus iuxta ipsam ciuitatem cum honore humanum est decimoquarto kalendas aprilis.

De sancto Ioseph spōso dñe nostre. Ep. ccix.



Ioseph san-

ctissimus domine nostre sponus de ciuitate berthelem oriundus de domo sci iacet et familia dauid regis stirpe. pogenitus: p miraculū aridē virge florentis: et spiritus sancti in columbe specie in eius ca-

cumen descendens: cum iaz senes esset: et filios ex vxore premortua haberet: inter omnes suos cōtribules solus deo placens ad desponsandam virginem electus est: et usq; ad custodiam deputatus. vt in historia natiuitatis virginis dicitur. vi. idus septembris. Hic enim virginem desponsatā in nasareth in domo paterna dimisit: et in berthelem ad preparandas nuptias accessit: vbi dū morā traheret: angelus ad virginē mittit: ipsaq; operante spiritu sancto impregnatur. Cū autē ioseph post septem menses redēs pregnantē repperisset: cum iustus esset: voluit occulte dimittere eam.

Sed admonitus ab angelo: vt dicit Matth. i. eam accepit: quia ipsam de sancto spū cōcepisse cognouit. Postmodū cū describeret orbis illaz secū berthelem pro faciendā pessione deduxit: vbi et filium dei natū de virgine primū in vltis suscepit: et ipm vt bonus nutricius summa diligentia educauit: et omnibus verbis dei infantie gestis interfuit. Nam et eidē circūcisio astitit: et magos ad eum adorandū veniētes consperxit: et ipm vna cum matre ad templū presentauit: ipmque metu herodis ab angelo monitus in egyptum cū matre fugauit: et per septennū ibi manens: mortuo herode eūdem et genitrice ad patriam rettulit. In medio doctorū etiam ipsum dnodenem vna cum maria triduo ante amissus inuenit. Id eozq; virginitaris sponse sue et oim infantilū christi acuum veridicus testis fuit.

Hic ioseph vt in libro de infantia christi dicit: vxorem alteram prius habuit: ex qua plures filios procreauit: qui etia ex euangelio iohannis secto ca. fratres iesu dicunt: q; ex iesu patre putatiuo pgeniti. vnde et quibusdā placet: q; iacobus minor: apostolus ideo frater domini dicit: quia ioseph filius fuerit ex alia cōiuge: vt Hieronymus libro de illustribus ponit: Quis ab eodem talis opinio reprobat. Eodem etia infantie christi libello tradit: q; ioseph faber lignarius fuit: vnde et ibidē fertur: q; cū ioseph grabatū faceret: et oēs tabulas secuisset: vna ipsarū ex errore mēsure minor ceteris reperta est. Et cū ioseph ex hoc tristaret: puer iesus tabulam breuē alijs apposuit: et ipsam vti esset cera mollis protrahens ad ceteraz longitudinē diuina virtute protendit: ppter hoc in euāgelio iohannis iesus a iudeis fabri filius appellatur. Hec ex textu euangelioy: et libro de infantia predicto. et ex compilatione fratris bartholomei colligunt. Quāto vero tēpore ioseph inupterit: vel vbi: aut quo modo humanitatis debitū soluerit: expressum nō habemus. Tamē q; vsq; ad duodecim annos etatis christi superstes extiterit ex textu luce secūdo capitulo didicim. In quodā tamē antiquissimo kalendario in cuius exordio rubrica ponebat: quod ex vetustis eius sebij cesariē. exemplaribus sumptum fuerat: scriptū repperi: festū ioseph sponi dñe nostre xliij. kalen. aprilis. Cui ex antiquitate et exemplaris origine satis fidem adhibui.

De sancto Theodoro epō. Ep. ccx.



Theodorus heracti-

ensis episcopus tēpore constantini magni imperatoris in thracia claruit. Qui i mattheū: iohāne: paulum: et psalterius elegantis apertiq; sermonis cōmētarios edidit: et sermonibus atq; moribus admodum effulsit. Diem quoq; extremū. xliij. kalen. aprilis conclusit. Hec hieronymus de illustribus.